

NATALICIA

PRINCIPIS GENEROSISSIMI

GUILIELMI PRIMI

REGIS BORUSSORUM IMPERATORIS GERMANORUM

DIE XXII MARTII ANNO MDCCCLXXIII

PIE CELEBRANDA

INDICUNT

ACADEMIAE ALBERTINAE PRORECTOR ET SENATUS.



IN EST DESCRIPTIONIS REGIMONTI EX CASPARI STEINII PEREGRINO
NUNC PRIMUM EDITAE PARS PRIMA DESCRIPTIONEM CIVITATIS PALAEOPOLITANAE
CONTINENS.

REGIMONTI.

TYPIS ACADEMICIS DALKOWSKIANIS.

Nomina
civium academicorum

qui

praemia certaminibus litterariis proximo anno proposita meruerunt.

Ordines

Theologorum, Ictorum, Medicorum

nullos invenerunt praemiorum competitores.

Ordo Philosophorum

praemiis primariis auctis ornavit Ludovicum Schmidt philologiae studiosum et L. Huebner
matheseos studiosum.

In Borussia Ducali et urbe Regiomonto primario, Civitates tres, Palaeopolis, Altstadt, Anno 1255 ubi nunc templum Steindamense, condita, postea a veteribus Sambis exusta, et Anno 1260 inter arcem et fluvium Pregelam, ubi hodie sita, reaedificata, a vetustate nomen retinens. Cneiphovia Kneiphoff, Anno 1327 a Wenero von Ursulen Magistro Ordinis Teutonici XIV in Insula Voitiswerder fluvii Pregelae incepta et Knipaff, deinde Pregelmunde dicta, Anno autem 1380 a Winrico Kniprode Magistro Ordinis Teutonici XIX in eadem Insula et solo uliginoso ac palustri super palos alnorum fistucato opere in terram adactos extracta, et Kneiphoff quasi Knipradtshaff appellata. Lebenicum Lebenicht, Anno 1300 ut Henneberger putat, a Bertholdo commendatore quem Waiselius et Privilegia manuscripta Albertum Brüchan vocant, fundata, et ab illis verbis a Magistro Ordinis Teutonici prolatis: Non crede vicinis Palaeopolitanis, Löve nicht vel Glaub nicht, denominata.

In Palaeopoli, Templum D. Nicolai fornicatum, columnis 16 muratis suffultum, et in eo, Altare ligneum sumptuosum, 36000 flor. Prut. pretio aestimatum, Anno 1606 opere sculptili artificioso elaboratum, et Anno 1640 egregie auro obductum, in medio, nomine JESUS nota altaris peculiari, a summo ad imum, Charitate, Pelicano, Angelis tribus, Agno DEI, Salutatione Angelica, Nativitate, Transfiguratione Christi, Fide, Spe, Fortitudine, Temperantia, Iustitia, Prudentia, Evangelistis 4, Religione, Constantia, Mose, Paulo, Monte oliveti, Flagellatione, Passione, Resurrectione Christi, Agno Paschali Veteris et coena Dominica Novi Testamenti, crucibus Christi et latronum crucifixorum artificiose depictis, aliisque statuis, figuris sculptis et inauratis, picturis, inscriptionibus aureis, candelabris duobus ex orichalco et duobus argenteis partim inauratis magni pretii mire exornatum. Campanula proxima, qua in administratione coenae Dominicae signum datur. Epitaphia vicina Nicolai Jagenteuffel primi concionatoris Evangelici, Lucae Bilanck, Benedicti Morgenstern, Christophori Longini Aurimontani Pastorum, Francisci Tegen IUD, Christophori Preuss, Christophori Ottendorf scabini cum passione christi ex alabastrita artificiose sculpto et hoc disticho:

CHRISTE mihi fer opem misero, mea crimina tolle,
In cruce te fixum supplice corde precor.

Epitaphium D. Bernhardi Derschovii Pastoris Palaeopolitani vigilantissimi:
Derschovius Doctor jacit hic tellure repostus,
Qui vigil hac Patriae Pastor in aede fuit,

Et gregis exemplar tenuit pietate refulgens
 Dogma repurgatum Magne Luthere tuum.
 Sed post lustra novem vitae trieteride juncta,
 Annos ter senos cum docuisset, obit.
 CHRISTE gregis miserere, tuo quem sanguine servas,
 Da successores Derschovii similes.

Mortuus est Anno 1639, 13 Martii.

Aditus ad altare clathro ligneo picto et januis tribus ferreis clathratis artificiose clausus.
 Super sacrarium in Odeo veteri Epitaphium ligneum cum effigie M. Johannis Funcii Pasto-
 ris et Chronologi, uxoris Margarethae et liberorum:

Margaris hic tegitur Funcii clarissima conjunx,
 Götzriadum celebri quae sata stirpe fuit.
 Bis denos annos juncta trieteride vixit,
 Conjugii primum vincula quando tulit.
 Filiolos peperit binos, noviesque puellam
 Quarum solis adhuc lumina quinque vident.
 Adde novem lustris annum, cursumque tenebis,
 Vitae corpus humum, spiritus astra colit.

In sacrario, Vasa et Vestes sacrae, Tabula lignea muro appensa, et in ea Insignia Lutheri cum rosa et cruce crucifixi duplici et hac inscriptione: Ora et Labora, Anno 1563. Johannes Lutherus obiit Anno 1575 die 29. Octob. Hic fuit D. Martini Lutheri filius primogenitus, quem dicunt vixisse apud Leonhardum Stendelum senatorem Palaeopolitanum, ibique mortuum et apud Stendelum ante altare sepultum fuisse, cujus etiam mentionem facit Henneberger. Ante altare quoque sepultus fuit Andreas Osiander Professor Theologiae primarius et Pastor Palaeopolitanus, qui Anno 1550 in Borussia turbas excitavit de Iustitia hominis essentiali et Anno 1552 die 17. Octob. vitam finivit, cujus meminit Henneberger in chron. Prut. fol. 180, 182.

Ad columnas templi, Epitaphium Laurentii Mevii consulis Palaeopolitani:

Consul in hac positus recubat Laurentius urna,
 Mewius eximia religione senex.
 Consiliis, octo et triginta praefuit annos
 Civibus inque Poli sede quietus agat.

Epitaphium Christophori Winteri consulis: Christophoro Wintero Grimmensi, pietate doctrina, virtute atque prudentia praestanti, viro consulari, die 25. Septemb. Anno 1585 mortali hac vita defuncto, cum Senator hujus urbis fuisset annos 25, relicta Vidua et Liberi hoc hon. poni curarunt:

Christophorus hac in aede Wintherus cubat
 Sapiens vir, eruditus, integer, pius,
 Et eloquens dum vixit. Hunc scientia
 Et vita honesta ab infimo scholae loco
 Evexit ad non infima hujus munia
 Urbis, forique jura civilis dedit,
 Ei asserenda, mox in ordinem quoque
 Electus Seniorum modeste consiliis

Accepta justis frena regit legibus
 Saturque honorum, lustra post vitae undecim
 Deum videns hoc a suis haeredibus
 Monumentum habet famae atque gratitudinis.

Epitaphium Samuelis Keuteri scabini:

Hoc dilecte tibi monumentum pono marite,
 Connubii consors Barbara casta tui.
 Extet ut aeternum sinceri pignus amoris
 Quo mihi junctus eras, quo tibi juncta fui.
 Vicina recubat Samuel Keuterus in urna;
 Qui bonus hac olim civis in urbe fuit
 Inde Scabinorum primus jus omnibus aequum
 Dixit amans pacis, patriae amans suae,
 Quattuor in thalamo ceu vixit lustra pudico
 Sic totidem huic uxor pignora casta tulit.
 Quarum ferali duo sunt tumulata sepulchro,
 Ast duo defuncti flent modo fata patris.
 Lustra decem vitae transegit iisque peractis,
 Nunc trini in coelis conspicit ora DEI.
 Fac DEUS ut soboles vestigia chara parentis
 Grandeque virtutis sponte sequatur iter. —

Epitaphium Christophori Wintheri:

Ante memor lethi sibi condi patria in aede
 Ex testamento sed monumenta dedit
 Henrico Crusio, patria qui affinis in urbe,
 Staret ut expressis gratia sancta notis.
 Hunc igitur cippum locat hic pro corpore menti
 Cum sciret superis sedibus esse locum.
 Vivite qui legitis coelestia quaerite, nostra haec
 In cineres tandem gloria tota redit.

Henricus Crusius affinis.

Epitaphium Johannis Melhorn: Ampliss. Spectatiss. et Prudentiss. Viro, Dño Johanni Melhorn Elector. Brandenburg. in Prussia Camerae praefecto meritiss. cum Serenissimis in Prussia Principibus Camerae munia fideliter annos 38 inservisset et anno aetatis 52, salutis 1637, 8. Januarii pie et placide expirasset uxor et ambo filii hoc pietatis et nominis monumentum Conjugi et Patri dilectiss. moesti posuerunt.

Explicatio imaginum monumento insculptarum:

Si cupis o lector praesentis noscere sensum
 Sculpturae, versus hoc lege gnarus eris
 Primus homo vetiti comedens de germine ligni,
 Quam mortem meruit terrigenisque tulit,
 Hanc CHRISTUS diro moriens in robore ligni
 Abstulit et vitae digna brabea dedit.

Ense Cherubinum flammante locavit Edeni
 Ad nemus ira ardens, ob mala nostra DEUS,
 Fronde Cherubinum decoratum mitis olivae
 De coelo fervens misit amore DEUS.
 Poenam justitiae rigor exigit et grave mortis
 Urget supplicium, quod luat omnis homo.
 Mirando mitis monstrat dementia amore
 Ardens cor CHRISTI, quo regetur homo.
 CHRISTUS victor ovans pedibus premit ora draconis,
 Hinc sol justitiae spargit ubique jubar.

Epitaphia Christophori Römer AEdilis et Magistri molitorum cum multis rythmis, Laurentii Perband Consulis, Wendeli Hoffmeister Scabini, Petri Gros Diaconi, Bernhardi Büttner Consulis, Christophori Hoffmeister Senatoris, Laurentii Perband, Caspari Gelhar Senatoris, Fabiani Gelwisch Praepositi Xenodochii, Georgii a Weinber Consulis, Valentini Heling Iuris Studiosi, Gotthardi ab Effern Nobilis Curlandi et Saxa sepulchralia cum inscriptionibus.

Ad cistas duas eleemosinarum:

Gottes wort und Sacrament sind rein,
 Der Kirchen einkommen aber klein,
 Wiltu von Gott gesegnet sein
 Von deinem gut auch leg hinein.
 Gebet ins grosse Hospital den Armen,
 Und thut euch über sie erbarmen.
 Solches wird Christus der Herr reichlich vergelten
 Und euch vor gesegnete seines himlischen Vaters schelten.

Ad Baptisterium Statuis Christi, parvulorum et janua ferrea clathrata artificiosa ornatum:

Hic fluit unda sacro CHRISTI focunda cruore,
 Quae Triadis totos pignora sancta facit.
 Sumpitibus hoc septum propriis Hieronymus Heilsberg
 Extruxit CHRISTI ductus amore sui.

Renovatum est Anno 1623.

Ad organum:

Structa manu artificis varias referentia voces
 Organa divinis laudibus apta vides.
 Disce DEO grates persolvere Musica cujus
 Auspicio sanctis cultibus aequa venit.
 Officiosa DEO curarum dulce levamen
 Musica laetitiae pectora plena facit.
 O stupidi ut Niobes lapis et rationis egentes
 Musica quos numeris non movet alma suis
 Cantate Jovam laudibus, — In Sanctuario suo.
 Laudate vim potentiae, — Quia firmat Orbis cardines.
 Laudate cum tubae sono — Nabliis Lyrisque garrulis.
 Laudate Jovam tympanis, — Chorique festis cantibus.

Laudate cum tinnitibus — Laetis canori Cymbali.

Laudent JEHOVAH quae trahunt — Vitalis aurae spiritum.

Omnis spiritus laudet Dominum. —

Odeum vel Chorus Scholasticorum. Chorus mercatorum cum passione CHRISTI in tabula depicta. Chorus Doctorum et Civium cum cruce CHRISTI, crucifixi lignea et tribus figuris adpictis.

Ad Chorum communem:

Pulchra chori facies argutae fabrica dextrae

Reinholdi Lubnawi aere levata micat.

Curia consilio gaudet, Respublica facto,

Templa choro, largi fama nepote viri.

Angelicus coetus summi gens flammea Jovae

In coelis alta jubila voce canit.

Christiadum coetus tenerae flos ipse juventae

Laetus in hoc cantat gaudia sacra choro,

Stridula festivas referunt hic cymbala voces,

Mixtaque gaudisonis nablia blanda tubis.

Ceu placet angelicus, placeat tibi CHRISTE Redemptor,

Humanus spirans carmina pura chorus.

Reinholdus Lubnaw senior et senator Palaeopolitanus
in honorem et laudem SS. Trinitatis fieri fecit
Anno Domini 1630.

Durum patientia frangit.

Sedilia Pastoris, Diaconorum, Principis et Aulicorum, Senatorum, Scabinorum, Civium Virginum et mulierum. Coronae tres e fornice dependentes cum candelabris ex orichalco. Candelabra ex orichalco columnis et parietibus affixa. Portae templi 4. Ad portam sub turre literis vetustis: O Heiliger Herr Sancte Nicolae bitte Gott vor uns, nota vulgi curiosi. Turris templi 211 graduum alta cum campanis. In muro templi exteriori, Epitaphium Andreae Sommeri filii et Reginae filiae Davidis Sommeri Civis, Lapis sepulchralis Annae filiae Georgii von Wember Senatoris. Coemeterium muro cinctum cum portis septem. Ad unam portam Coemeterii lapideam Statuis Charitatis, Fidei, Spei et Figuris lapideis ornatam:

Quisquis es innocuo qui crimina cuncta perosus,

Quaeris in hac vita corde timere DEUM,

Et moriens necis horrorem et ridere sepulchrum,

In ipso aetherea funere luce frui,

Denique destructis a morte resurgere tumbis

CHRISTI lacteolas inter habendus oves,

Huc ades haec Dium praestat tibi singula verbum,

Hac quod in aede pios Enthea turba docet.

Quale Prophetarum et CHRISTI stillavit ab ore.

Qualeque Apostolici perdidicere Patres.

Sedulus hoc audi, memorique in pectore serva,

Nectaris hoc latices ambrosiamque dabit.

Quin etiam precibus Dominum venerare, tueri

Hunc velit a Satanae fraudibus usque locum.
 Ne lolium infelix sterilesque impurus avenas
 Semina sed puri Dogmatis alma ferat.
 Legibus his subeas hanc mas et femina portam,
 Spreta, Poli portam quae tibi claudat iter.

An welchem Ort,	Des Herren wort,
Wird rein gelehrt,	Wohl angehört
Hat in dem Werk	Auch kraft und sterck
Daselbsten wird zu aller Zeit	Gespüret heil und Seligkeit.

Ad alteram Coemeterii portam lapideam, Statuis Iustitiae, Prudentiae, Fortitudinis et figuris decoratam:

Wer christlich leben, selig sterben,
 Und dort das Himmelreich wil erben,
 Kom hierher, hie an diesen Ort,
 Schenckt alles uns des Herren wort,
 Hie hat ihn Gott ein Haus erbauet,
 Und solche Schätz ihm anvertrauet.
 Mensch nimm sie aus des Priesters mund,
 Und leg sie in des Hertzens grund.
 Des lebens Haus ist dem verschlossen,
 Der dieses Hauses ist verdrossen.
 Der Menschen Hertz von sünden rein,
 Sol Gottes liebste wonung sein,
 Und wie es wird geschmücket aus,
 Das lehret hie des Herren haus.
 Kom, hör, such glauben, frommes leben.
 Du wirst sein Gott, Gott dir ergeben.

Scholae Palaeopolitana Anno 1595 extructa cum classibus 5 habitationibus collegarum et his verbis sub tecto adscriptis: Sementi et Messi benignissime largissimeque benedicat CHRISTUS. Caetera aëris injuria sunt deleta. Habitationes Pastoris, Diaconorum 3, Rectoris et ministrorum. Domus pauperum ad cellam Dantiscanam cum Bibliotheca, habitatione Inspectoris, hortulo et cellis. Curia Palaeopolitana ad forum. Curiae scala inferior lapidea et ampla. Statuae duorum leonum, Iustitiae, Prudentiae. Insignia cruciferorum. Figurae ferarum. Numerus foundationis Anno Domini millesimo quingentesimo 28. Bibliopolium. Carceres. Turriculae 2 cum horologio et campana publica. Scala superior. Atrium. Caminus. Regimen bonum et malum depictum cum arce, scalis, figuris et his distichis:

Ardua praerupta tolluntur moenia rupe
 Hic ubi res plena publica flore viget.
 Magnum opus ascensus, facilis descensus in arcem,
 Hi non perveniunt: caeteri arce ruunt.

Extremum iudicium cum Petro in limine ante foras coeli stante, cruciatu infernali, daemionibus et monstris. Coena CHRISTI, Regina Arabiae, Daniel in fovea leonum, Nativitas CHRISTI in tabulis depicta. Imagines Vladislai IV Regis Poloniae, Friderici Wilhelmi Electoris Branden-

burgici et Ducis Borussiae hodierni, Perspectivum in ingressu Electoris Friderici Wilhelmi solenni post ambulacrum viride in platea templi erectum. Ante Senatorium, effigies Salvatoris, supra effigiem: ohn mich könt ihr nichts thun. Sub effigie:

CHRISTE fac et sapiam, quia tu sapientia Patris

Solus es, et tecum qui sapit, ille sapit.

Senatorium splendidum et in Senatorio, Pavimentum lapideum nitidum, Fornax alba insignis magnitudinis, circa fenestras, scamna culcitris et tegumentis viridibus conlecta, in quibus ad latus dextrum Consul et Senatus Palaeopolitanus, ad sinistrum Consul et Senatus Cneiphovianus ac Lebenicensis, in medio autem Legatus Principis aut Regis in conventibus trium Civitatum publicis considerare solent. Ad fenestras literis majusculis: Dona Spiritus Sancti. Spiritus Timoris. Spiritus Pietatis. Spiritus Intellectus. Spiritus Fortitudinis. Statuae Iustitiae cum gladio et bilance.

Ad Statuam Iustitiae:

Crede Magistratus summi sacer ordo JEHOVAE est.

Huic civile bonum creditum et urbis onus.

Hinc populi obstrictus lucra promovisse tenetur,

Tutarique bonos et domitare malos.

Ergo Magistratum reverenti respice vultu

Civis et officii devenerare tuis

Illius nunquam jussis parere recusa

Et si qua obveniunt sphalmata mitte DEO.

Ad trabem:

Das gemeine best ist euch vertraut,

Darumb es so macht und darauff schaut,

Das ihr davon genaw und eben,

Zu jeder Zeit könt antwort geben,

Wo der gehorsam untergeht,

Der Obrigkeit man widersteht,

Da muss eh du dich thust versehen,

Das Regiment zu boden gehen.

Ad parietem dextrum, Extremum Iudicium. Imagines Stephani, Sigismundi III Regis Poloniae, Alberti I, Alberti Friderici, Georgii Friderici Marchionis Brandenburgensis et Ducis Borussiae, Ducissarum. Ad sinistrum Pictura crucifixi insignis artificii, Imagines Vladislai IV Regis Poloniae, Joachimi Friderici, Johannis Sigismundi, Georgii Wilhelmi Electoris. Fornix Senatorio contiguus cum janua ferrea. Aerarium pravinciae der Landkast. Fornix alter et in eo Registratura, Bibliotheca, Manuscripta quaedam Prutenica vetustissima, Acta Hanseatica, Acta Prutenica provincialia, Pertica Culmensis ferrea cum numero anni 1597 insculpto, Mensurae ferreae longitudinem pedum Culmensium denotantes, sagitta lignea cum ferro infixo et his verbis inscriptis: Den 23. May Anno 1583 im Altstädtschen gemeinen Schiessgarten ist durch Heinrich Thun dieser Boltzen also wie er zu sehen auff den zweck geschossen, dabei ist gewest der Altstädtsche Burgermeister Christoff Raab, Nickel Schmidt Rhatsverwandter, Andres Benke, Lenert Geigitz, Christoff Raab der Junger, Daniel Schmidt, Paul Elias die zeit König und andere Schützen. Succinum pondere fere duarum librarum et haec verba inscripta: Dieses stück Birn-

stein iat Anno 1635 bey anlegung des newen Rosgarthen zu Koenigsberg auff dem Steindam aus der erden ausgegraben, und zum gedechtnüss beygelegt. Sera ferrea magna artificiosa Meisterstück. Lapis vetustus in filo ferreo pensilis, quo Cruciferum Ordinis Teutonici vel virum quendam magni nominis percussum vel laesum vel trucidatum fuisse putant. Camera colloquii Sprechstub, in qua cives convenire solent cum fornace magna caerulea. Ad ejus januam:

Ingenuus vero sermone Politicus ille est
 Publica cui propriis sunt potiora bonis.
 Wer sucht gemeinen nutz eigen vergist
 Ein Recht Politisch Mann in wahrheit ist.

Ordo de coquendis panibus a Lebaldo Müllern Pistoribus Regiomontanis olim praescriptus. Ad parietes in tabulis depicti Apollo, Mercurius, Vulcanus, Saturnus, Fides, Charitas, Spes, Prudentia, Iustitia, Orpheus et Ulysses, Sirenes praeternavigantes, Perseus Andromedum liberans, Arion a Delphinis in portum expositus, Hercules Centaurum Nessum interficiens ejusque morientis fraude captus.

Ad trabem:

Worzu wir sind mit Eydt verpflichtet,
 Dahin sei unser Sinn gericht,
 Ein anders uns lass irren nicht.
 Wann die Bürger folgen dem Rhat,
 Und der Rhat Gott vor augen hat,
 O wie wol ist derselben Stadt.

Ad laqueare: Emblemata 48 picturis et rythmis illustrata, Petri Wegeri Secretarii inventa:

Rex Salomo flexis genibus orans.
 Umb weissheit bit voraus,
 Wilstu recht halten hauss.
 Insignia Palaeopolitana Crux et Corona.
 Wer zu ehren kommen wil,
 Muss zuvor leiden viel.
 Moses apud Rubum ardentem.
 Den Gott nicht rufft und treibt,
 Besser zu hauss er bleibt.
 Vas cum foramine, ex quo omnia fluunt.
 Ist ein loch nicht verhüt,
 Wird alles dadurch verschüt.
 Moses in monte Sinai stans.
 Der Regent das Gebot
 In händen hat von Gott.
 Opilio lupum occidens.
 Zu schützen die frommen,
 Muss bosheit umbkommen.
 Iustitia in sella sedens.
 Hie sitzt auf diesem Thron.
 Kein ansehen der Person.

Candela ardens.

Andern zu dienst das Licht.
Sich zehret und uehret nicht.

Sagittarius bombardam versus metam dirigens.

Gutte Büchs wol gezielt,
Wol ab nicht leicht verspielt.

Nauta ad navis gubernaculum.

Klein ruder mit verstandt,
Das Schiff bringt uber sandt.

Alvearium.

Auf guttes Regiment,
Folget süsse frucht behend.

Rusticus stabulum reparans.

Wenn geschehen ist der Fall,
Zu spet bessert den Stall.

Pallas.

Macht, Tugend und verstandt,
Palladium genandt.

Musicus.

Wer wil aussingen wol,
Nicht hoch anfangen sol.

Vir truncum caedens.

Knorrichter krummer knoll,
Bleibt ungespalten wol.

Rex in throno suo.

Mann wie ein ander Mann,
Dem Gott die ehre gahn.

Asinus cum corona et sceptro.

Den Esel zieret mehr,
Ein Mülsack denn die ehr.

Eques ephippium equo imponens.

Vor gesattelt darnach
Geritten jenner sprach.

Aeger medicinam bibens.

Der kranck eher genass,
Tranck manches bitter glass.

Eques cum urso equitans.

Harte straff gutte wort,
Auch Bärenzehne treiben fort.

Canis os rodens.

Also viel ihr seindt,
Der niemand ist mein freundt.

Canis ursum auribus tenens.
Gegen macht recht wagen,
Thut sieg davontragen.

Campana magna sine pistillo.
Wie Glock ohn knepel klingt,
Gesetz ohn halten zwingt.

Arbor viridis procera.
Ist der baum ohne wurtz,
Umbfallen muss er kurtz.

Mus cum tintinabulo circa felem dormientem.
Das heist ein guter rhat,
Dem folgen kan die that.

Rana, Mus et Accipiter.
Wenn Frosch mit Mauss sich zwist,
Der Habicht beyde frist.

Vulpes senior sine cauda cum aliis vulpibus.
Der Fuchs ohn schwantz wolt gern,
Alle sollen ihn entbehrn.

Auceps et avis unica in reti.
In so gebawter Stadt
Es wenig Bürger hat.

Via publica.
Wo jederman gehet
Kein grass wechst und stehet.

Ovis et Lupus.
Auffwärts getrübt habn muss,
Das schaff dem wolff den fluss.

Equites duo unus cum pera, aller cum lancea.
Stoss wie du wilt, das gelt,
Behelt dennoch das feldt.

Viri duo leonem capere volentes.
Das dich nicht rew der that,
Hie gilts Nachbar mit rhat.

Eques post cervum.
Den Hirsch zu erjagen,
Ross muss Reiter tragen.

Mercurius cum baculo.
Reichthum ein gutter knecht,
Ein böser Herr glaub recht.

Vir cotem tractans.
Allzuscharff macht schartig,
Das mittel ist fein artig.

Serpens cum multis capitibus septo adhaerentibus occisus.

Viel köpff, viel sinn darumb
Diese schlange kommet umb.

Oves de ponte salientes.

Wenn schaff folgen einem schaff,
Verderben ist ihr straff.

Auriga cum curru tres rotas habente.

Mit dem knöppel ohn verdruss,
Zuweilen man fahren muss.

Aurifaber aurum probans.

Ausgestandene Prob,
Gereicht der trew zu lob.

Princeps equo generoso insidens.

Ohn heucheley das Pferd,
Den Fürsten reiten lehrt

Pater et filius asinum portantes.

Das ist ein Narr der alln,
Vermeinet zu gefalln.

Anchora in lapide quadrato.

In hoffnung bestendig,
Nicht leicht abwendig.

Navita cursum contra ventum tenens.

In den Wind laviren,
Dich kan zum Hafen führen.

Currus equos de monte trahens.

Wagen der zieht die pferd,
Muss umbstürzen zur erd.

Vir gladio homines feriens.

Der zorn und geitz ohn ruh,
Auff jedern hawen zu.

Rusticus cum curru in limo haerens.

Es ist nicht genug am beten,
Du must auch zur arbeit treten

Provincia exulta.

Ach an Gottes seggen
Ist alles gelegen.

Globus alatus catenis duobus dependens.

An einigkeit das gelück
Henget vest ohne tück.

Domus Iudicii cum Iudicio extremo depicto, ubi hyeme singulis diebus Veneris Iudicium Palaeopolitanum habetur. Libra publica. Statio vigilum. Cella publica. Aula mercatorum Junckerhoff in platea Hoffgass cum angulis vel cancellis aut Sessionibus 4 Senatorum Rhatswinckel, Scabinorum Schöppenwinckel, Mercatorum et Braxatorum Kannenwinckel, Nautarum

Hölckwinckel. In Sessione Senatorum, Imagines Sigismundi III, Vladislai IV Regum Poloniae, Insignia Principis et veteris Civitatis, Statuae Humilitatis, Divitiarum, Fortunae, Paupertatis. In sessione Scabinorum statua Mosis, Crux CHRISTI crucifixi, Iustitia, Imagines Johannis Sigismundi, Georgii Wilhelmi Electoris Brandenburgici et Ducis Borussiae. In Sessione mercatorum Statua S. Sebastiani, Statuae Musarum, Iudicium Paridis, Paris, Iuno, Venus, Pallas. In Sessione nautarum, cervi duo, e ligno sculpti, Diana et Iustitia depicta. Post fornacem, Angulus Equitum Ritterwinckel alias Leusswinckel, Effigies D. Georgii, Statua Quietis, Senex decrepitus in sella sedens, manu cornu cerevisia plenum tenens et juvenes ita compellans:

Wenn ein junger Mann wüst,
Wie einem alten der trunck lüst,
Er würde viel sparen
In seinen jungen jahren.
Mit mannzucht und ehr
Sol ein jeder trincken sein bier.
Es ist zu warm an diesem ort
Das man muss trincken immerfort.

Ad fornacem Mensa Tribunalium. Ad fenestras Statuae Caroli Magni Imperatoris: Arturi Magni, Britanniae Regis, aularum fundatoris, Rolandi Magni cum gladio. Tabula cum depicta manu securi amputata et hac admonitione appensa:

Kein wapffen bloss kein Messerzick
Bey Straff der hand meid bosc tück,
Halt Manzucht, fried, brauch mesigkeit,
Sonst folget straff und grosses leid.

Ad parietes Statuae Pietatis, Belli, Invidiae, Herculis Centaurum occidentis. Candelabra ex orichalco. In medio, Cornua cervina 5 dependentia cum candelabris. Supra januam scamum Musicorum Pfeifferbanck. Sub aula, Cella, Culina. In hac aula habentur comoedie, nuptiae, epulae et comotationes solennes. In Sessione Senatorum sedent Sponsae tempore nuptiarum. In Sessione Scabinorum habetur aestate singulis diebus Veneris Iudicium. In Sessionibus Kannenwinckel et Hölckwinckel creantur hyeme Fratres aulae Hoffbrüder poculo argenteo cerevisia pleno ad ebibendum et libro ad nomen inscribendum simul oblato, aliisque caerimoniis usitatis et immunitatibus certis denominatis. Hi fratres solent nomina sua inscribere, Joachimicum vel Ungaricum vel laminam argenteam aut auream cum nominibus et insignibus suis insculptis donare, confratres ex Sessione Kannenwinckel vita defunctis ad sepulturam portare, vasa argentea, laminas argenteas, insignia Sessionis Kannenwinckel claves duas ex stanno in formam crucis redactas, insignia Sessionis Hölckwinckel uncus duos nauticos stanneos et tabulam lusoriam ad aleas accommodatam aliaque ornamenta in nuptiis et comotationibus publice suspendere, contra leges aulae peccantes vel poculis multis ebibendis vel in colloquio matutino Morgensprach poena pecuniaria certa aut carcere Kaalkammer coërcere et aulae ritus ac leges observare, quae in literis aulae et horti Hoffbrieff des Hoffs und Gartens Anno 1544 die Stephani veteri Civitati a magistratu datis consignatae extant. Hortus mercatorum Junckergarten apud portam Ladstadienthor. Ad portam horti sub insignibus veteris Civitatis:

Ach last uns über Recht und gutte Freiheit halten
Sol anders glück und ruh und gutte Wolfart walten,

Wo hegen Völker streit und wird ein Land verzehrt
 Da, wo man freiheit hasst und recht in unrecht kehrt.

Area exterior, in qua diebus Lunae athletica publice exercetur et singulis annis die 2 Dominica Trinitatis in Nundinis 14 dies durantibus merces variae venales expositae, sortilegia et spectacula videntur. Culina. Turris cum 7 tabulatis, in quibus apparatus bellicus, armaturae et arma veteris Civitatis asservantur. Area inferior conclusa, et in ea Elephas depictus Anno 1639 vivus hic visus, Iudicium Salomonis, Iudicium extremum depictum libri et icones varii in Nundinis venales. In horto, Area cum arboribus sub quibus interdum comoediae, tragoediae et saltus a funambalis exhibentur. Cella, Labrum cum aqua frigida. Mensa tribunorum Elterleuttisch. Tabula Pilkentafel. Insignia ad fenestras. Navicula pensilis. Picturae filii prodigi, Status mundani Christianorum miserorum, pugnae mortalium cum morte, Gedeonis, Georgii Wilhelmi Iuvenis, Louisae Charlottae Electrissae, temporum anni. Anguli vel Cancelli vel Sessiones 4, in quibus aestivo tempore sicut in aula mercatorum, Fratres horti Gartenbrüder creantur, vasaque, insignia et ornamenta suspenduntur et caeteri ritus observantur. Hortus opificum Gemeindegarten apud portam Steindamensem, nuptiis et comotationibus opificum destinatus. Horti coenaculum Remter cum historia uxorem duxi, ideo ad nuptias venire non possum in tabula picturis delineata. Aquaeductus et Fons cum Neptuno, Delphino, labro duplici plumbeo et siphunculis aquam evoventibus: Statua parva pocillatoris manu vitrum tenentis. Sella moechorum. Areae lusoriae Kegelbaan, Tabulae lusoriae. Ad parietes figurae equitis, Pruteni veteris, Iuvenum Almodicorum et aliae ad metam Sagittariorum pertinentes, partim globulis bombardarum transfixae. Eques. Tempora 4 anni. Perspectivum. Farcimen Bratwurst 1000 et 5 ulnarum Prutenicarum longum a Lanis Anno 1601 die 1. Januarii et Panes 7 acuminati similaginei Strützel, singuli 4 ulnas longi a Pistoribus trium Civitatum in Festo trium Regum ejusdem anni per tres civitates in arcem Principis solemniter circumgestati ed ad vivum hic picturis et figuris delineati. Simile farcimen etiam in tribus civitatibus circumgestarunt Laniones Anno 1558 sed tantum 138 ulnarum longum, et anno 1583 tantum 596 ulnarum longum. Haec farcimina ex antiqua consuetudine in annonae vilitate a Lanionibus ex intestinis et pernis optimis praeparantur et artificiose connectuntur ac publice circumferuntur, posteaque inter Principes, Magnates, Concionatores, Senatores, Cives primarios, Pistorum et Laniones ad memoriam farciminis tam longi, exteris vix credibilis particulatim distribuuntur. Quod etiam fit cum panibus circumgestatis. Clathra lignea rubro et albo colore tincta. Horti et Sagittariorum liber insignia, ornamenta, catena pocula argentea, leges, immunitates et acta.

Super portam:

Wo zwittracht Leute trennet, daselbst muss alles schwinden,
 Was baumstarek war zerbricht als ein schwaches Reis,
 Das auch ein kleines Kind entzwey zu brechen weis.
 Darumb soll uns stets das band der gülden eintracht binden.

Super angulum fontis:

Bey gesellschaft dich hie erlustier,
 Manzucht halt das ist dein gebühr.

Super cellam:

Gutte gesellschaft, guttes bier,
 Man findet in dem garten hier.
 Wer manzucht helt und nicht gebricht

Demselben ein gutter wil geschicht.
 Ergetzligkeit steht jedem freu,
 Doch das man auch halt maas dabey.
 Kein waffenzück der freiheit schon,
 Sonst ist hand ab dein rechter lohn.

Carcer publicus Dantzker ad Cellam Dantiscanam. Diversorium publicum zum schwartzen Mor, Balneum publicum ter de novo propter fundamentum male positum 100,000 marcis Prutenicis constructum prope portam lignorum. Scamna lanionum publica Fleischbencken, in platea lignorum et ad forum. Fons publicus Kettenbrun versus portam Lakenthor. Fontes Braxatorum. Aedes quaedam circa forum, in longa, aquatili et aliis plateis, marmoribus, saxis lateribus, columnis, statuis figuris, picturis coloribus, inscriptionibus, caminis fornacibus, pavimentis, lacunariis, scandulis parvorum lignorum commissis, mensis, sellis, tapetis, vasis, utensilibus nitidissimis splendentes.

In longa platea ad aedes Johannis Koyen:

Vota dato satis, votis conjunge laborem,
 Fata dabunt votis, ne sit spes vana laboris.

Ad aedes Pauli Freiling:

Pietas facit esse beatum.
 Non decreta DEI mortali gutture culpa
 Officii cura est, eventum trade JEHOVAE.

Ad aedes Jacobi Schwedler:

Die Seel vom Leib der Mensch vom Hauss,
 Ziehen aus ihrer Herberg aus,
 Nach dieser eitelkeit, der Himmel ist bereit.

In Pharmacopolio Caspari Panzeri, Res multae variae domesticae et exoticae a D. Bernhardo Paludano Medico Enchusano et ab aliis partim donatae, inter quas Anno 1622 et 1644 fuerunt conchae Indicae parvae et magnae varii coloris, et species ultra 1000. Conchae Turbunculi, Venerei, Mituli, Cancelli, Umbilicati, Buccini, Umbilici marini, Scorpius marinus, fluris marina, Aporrhais et aliis nominibus appellatae. Conchae colore purpureo. Conchae in India navibus adnatae. Concha magna, qua tanquam tuba sonus edi potest. Concha loco poculi in itinere a Viatore ad cingulum gestata. Cutis caniculae piscis Indici aspera coloribus variis. Canceri duo mirae magnitudinis ex Freto Magellanico. Armadillus animal Americanum cum cauda longa instar hystricis. Ignavus etiam lepus Africanus dictus animal ex America, Iguanna animal Peruvianum ex genere lacertarum. Pristis vel serra piscis longissimus ex mari Indico. Falco marinus Indicus. Cornu Asini Indici nigrum et oblongum. Exuviae Crocodili: Hippopotami dico parvi. Dens magnus et parvus Hippopotami. Aculeus longus Hystricis. Testa magna et parva Testudinis Indicae. Catus zibethicus. Avis incognita fere instar anseris ante obitum Alberti Friderici Ducis Borussiae in Habo Curonensi capta. Rostra duo magna Rhinocerotis avis Indicae. Ungulae aquilarum et aliorum animalium. Scalpellum dentis ex animalculo Indico confectum. Penna et effigies Casearii avis Indicae. Scarabeus magnus cornutus. Vermes duo noctu fulgentes ex genere Buprestis. Particulae metallorum cupri, plumbi, ferri, stanni, argenti, auri, antimonii nativi, Marchasita. Lapis cum ramis argenti et lapis eum eranis metallorum enatis. Lapis stanni nativi Schlackenwaldensis Lapides varii. Amonites vel lapis thermarum Carolinarum,

Lapis in capite Tiburonis vel Manati piscis Indici natus. Lapis rubeus marinus instar spongiae. Lapis vermiculatus incognitus. Lapis cum figuris stellarum. Lapides aquilae Aegyptiacae aetites vel aquilini dicti. Lapis calamum aromaticum repraesentans. Lapis Iudaicus. Lapis Nephriticus. Lapides Rubetarum varii. Lapides fossilis Schiferstein cum figuris piscium variis ex metallifodinis Mansfeldicis. Lapilli linguae et oculi serpentum appellati ex Insula Malta. Lapides in felle bovino et porco reperti. Calculi aliquot ex 300 calculis in vesicula fellis Ducissae Brunovicensis, quae fuit mater conjugis Alberti I Ducis Borussiae, post obitum inventis. Jaspides varii coloris. Auricula Balaenae instar lapidis indurata. Crystalli nativi pulchri. Vitriolum nativum montanum. Vitriolum in Borussia inventum. Terra sigillata ex Insula Lemno, Malta et Silesia cum figuris et characteribus impressis. Ollula a natura artificiose formata in Ducatu Sagensi Silesiae sub terra inventa. Terra Rochlicensis. Folia arboris sanctae Thyle perpetuam aquam stillantis ex Insula Ferro. Folia arboris nucis Moschatae. Macer veterum. Costus verus. Lignum colubrinum, nephriticum, sassafras magnitudine insigni. Cannae sacchari Indici. Truncus arboris Cinamomi instar baculi vulgaris, cujus cortex recentem et genuinum odorem spirat et saporem Cinamomi praebet. Fructus Indici varii, Caicus, Guanabanus vel Barbaba a Garcia ab Horto descriptus. Fructus Guajaci, Fructus duplices Balsami Indici. Opobalsamum orientale. Fabae Indicae vim purgandi praebentes variorum colorum. Faba cor D. Thomae dicta ex Insula D. Thomae. Radix S. Helenae instar corollae. Semina Indica fabarum, phaseolorum et aliorum fructuum coloribus distincta. Nux Indica ingens. Gummi et Resinae variae. Gummi nigrum Americanum contra membrorum dolores salubre. Gummi Anime vel succinum orientale. Gummi Indicum odorem caryophyllorum spirans. Gummi Indicum singulare. Coralia matura et immatura apud promontorium Bonae Spei et in India enata, Pastinaca marina. Byssus terrestris vel Capilligno. Crines longi et pulchri in India arboribus adnati, ex quibus Indi lintea conficiunt. Marsupium ex corticibus nucum Indicarum. Umbraculum ex foliis nucis Indicae. Ventilabrum ex corio animalis Indici. Catena magna Regis Indorum ex dentibus animalis. Corona regia ex pennis Psittaci. Atramentum Indicum siccum literis signatum. Panis Indicus. Colores Indici, quibus Indi corpora linunt.

Libra auri et gemmarum cum ponderibus, notis triplicibus et tegumento instar fidiculae ex Guinea. Liber herbarum Indicus ex charta, quae ex serico confecta est, cum literis Indicis. Cochleare Moluccense ex matre perlarum. Cochlearia Turcica. Cochlearia ex lapide serpentino. Cochlearia duo cum catena longa ex particula ligni unica ab Opilione sculpta. Vasa Indica rotunda, parva et magna, virgultis complicata, intus variis laccae coloribus obducta. Capsulae pulchrae odoratae ex ligno Rhodio. Particulae imaginum opere Mosaico elaboratarum ex templo Kiowiensi veterum Ruthenorum. Imaguncula deae Isidis ex cadavere humano Aegyptiaco. Iudicium Salomonis, provinciae et historiae Romanae ex plumbo ductili. Monetae antiquae argenteae et cupreae Imperatorum et Principum. Gladius ex rostro Pristis piscis Indici. Dens Elephantis tanti ponderis, ut vix ab homine portari possit ex Guinea. Metalla et lapides in Borussia inventi. Lapis Belamnites Donnerstein in metallifodina cum marchasita concretus. Lapis cornu Ammonis dictus forma serpentina in tractu Prutenico Sarkaw ad Habum curonensem inventus. Adamantes vulgares parvi et politi in Borussia reperti. Adamas vulgaris impolitus magnitudine ferme caput infantis excedens non procul ab urbe Grodna Lithuaniae repertus. Globulus manu concussus intus sonum edens apud urbem Hamburgum inventus. Lapis Bejvar orientalis magnitudine ovi. Balsamum Peruvianum. Rostrum vel Gladius Xiphiae piscis Schwerdtfisch in Borussia capti.

In platea aquatili et aedibus Jacobi Kreuzneri ad tabulam aureis literis:

Trawen, gutsagen und borgen
 Machen viel hummeln und sorgen,
 Auch aus einem sehr gutten freund
 Ein grimmigen und bittern feind,
 Der vor gute zahlung uud danck,
 Gibt lose wort und lauter stanck.
 Darumb wer hie Tuch kauffen wil,
 Der zahl bar oder schweig gar still
 Denn itzo ist nicht mehr der Tag,
 Da man von borgen sagen mag.
 Weil in der Welt steckt gross betrug,
 Ist man mit Schaden worden klug.
 Der Gottloss borgt und zahlet nicht
 Der Gerecht zahlt bald und nichts ab bricht.

Forum Palaeopolitanum trium Civitatum primarium magis longum quam latum, in quo pecora, carnes domesticae, ferinae, cancri, farinae, legumina, fabae, pisa, milium, rapae, olera, fructus, casei et alia esculenta quotidie, praesertim autem diebus Saturni venalia prostant. Forum piscarium trium Civitatum commune, in quo quotidie et certis anni temporibus venduntur pisces varii majores, minores vivi, suffocati, saliti, vento et fumo indurati accipenseris vel sturiones, esoces, truttiae auratae, lucii, abrames, Bressemer, Halbfisch, Reisfisch, carpiones, cantae, cirtae Certen, coracini Charussen, percae, melanuri Kaulpersken, rubelli vel rutuli Plötzen, gobii Gründling, funduli Schmerling, passeris Steinbotten, Flündern, rhumbi Plateissen, murenarum, lampredae minimae vel ceciliae Neunaugen, Siluri welsen, Scolopaces Schnepel, barbi vel mulli Barben, alosae vel Sardinae zigen, tineae Schleyen, Quappen, anguillae, capitones Pomochehn, Dorsch, haleces Strömling, uckeley, Mutterlesken, mustelae Pisker, cubites aculeatae Steinpissker, Stechbötel, apuae Stindt in magna copia. Plateae longa praecipua, sub monte, Fori, Aquatilis, Augusta, S. Spiritus, Lignorum, Polonica, Balneatorum major et minor, Fabrorum, Salsamentariorum, Scholae, Piscatorum, Aulae, Sutorum, Templi, sub cella Dantiscana, Coggiana, Carnificis nunc Pulveris dicta. Portae majores 8 Arcis, Lebenicensis, Lignorum, Fabrorum, Institorum, Ladstadienthor, cygnorum vel Lakenthor, Steindamensis. Portae minores 4 ad forum piscarium et fluvium Pregelam.

Ad portam lignorum sub insignibus et aquila nigra Anno 1595

Sint aliis turres, alii sua moenia jacent,
 Tu vallum es nobis praesidiumque DEUS,
 Marchio cum regeres terram hanc Friderici Georgi,
 Hoc manus artificis sedula struxit opus.

Ante portam, Pons lignorum super fluvium Pregelam veterem. Pergulae Salsamentariorum, in quibus hodie soleae Schollen, aselli majores et minores Rundfisch, Stockfisch vel Bergfisch, capitones Dorsch et alii pisces saliti venales habentur. Laniena Schlachthoff, Area et congeries lignorum Holtzwiese. Granaria, Stabula et Horti. Granarium Christophori Dehn, in quo olim Osiandristae conventicula sua habuerunt et sacra sua tractarunt, ubi adhuc videntur intus sacrum et picturae, extra crux ferrea cum indice ventorum. Loca bey den Kaalspeichern auff der

Lomse. Agger neue Damm Anno 1533 a Palaeopolitanis Magdeburgi jure obtentus, ponticulis et lapidibus stratus, salicibus et pratis aestate viridissimis septus, aestivo tempore amoenitatem et opacitatem deambulantibus praebens, hodie Pratum Philosophicum. Caupona publica. Pons neue Brück super fluvium Pregelam novum. Hortus Senatorum Palaeopolitanorum. Area vicina Blekgarten, ubi diebus Dominicie populus ludis se oblectare solet. Ante portas Fabrorum et Institorum, Pontes Schmidbrück Kremerbrück super fluvium Pregelam cum pergulis Institorum variorum partim ad veterem Civitatem, partim ad Civitatem Cneiphovianam pertinentibus. Ante portam Ladstadienthor, turris et ad eam in lamina ferrea numerus anni 1621 incisus, qui inundationem fluvii Pregelae denotat nota vulgi curiosi. Granaria plateis distincta. Suburbium Ladstadien. Ambulacrum et munitio ripae Bolwerk. Naves in fluvio Pregela consistentes. Libra publica. Trajectus fluvii Pregelae. Aedificia publica spatiosa Packhauss, Teerhoff. Geranium kran. Granaria 6 nova viridi, albo et rubro colore tincta cum Sole, Aquila, Patientia, Fide, Equuleo sub tilia, Uva, Fortuna et his literis artificiose e ligno excisis et insertis: Frid. Pöpp. Bewahre mich Gott Anno 1641. Area auff dem Schild nunc novis aedificiis et hortis excolta. Hortus et aedes aestivae pulchrae Jacobi Kreuzschneri. Canalis novus et aedificia nova. Fornax calcaria kalkschein. Officina lapicidarum. Area in qua naves reparantur et aedificantur. Officina in qua smegma conficitur Seiffensiderey Thomae Jencken Scabini cum aedibus aestivis, atrio, prospectu, horto et granario. Area et Strues lignorum Klapperwiese Klapholtz. Diversorium Nautarum cum Statua cervi. Ad portam Lakenthor, Statua D. Mariae lapidea vetusta. Ante portam, Equile publicum Stadthoff cum insignibus, stabulis, equis et tormentis bellicis veteris Civitatis. Suburbium anterius et posterius vorder- und underlak cum hortis amoenis. Areae longae Reperbaanen in quibus Restiones restes majores et minores ex cannabe torquent. Suburbium novum neue Rossgarten cum aedibus et hortis. Domus Sagittariorum cum figuris ad metam directis. Nosocomium Pesthauss. Piscina. Coemeterium novum et Templum Anno 1644 die ultimo May processione et precibus solennibus condi inceptum et Anno 1647 die 5 decemb. prima concione cultui Divino solenniter consecratum, sine columnis, fornice ligneo artificiose extractum, longum latum altum et lucidum cum odeo, positivo, sellis, suggesto, altari, coronis 3 ex orichalco, fenestris, clathris, choris.

Ad portam Steindamensem, Domus Iudicii Steindamensis cum turricula, campana, judicio extremo depicto et nominibus Iudicum ac Scabinorum Steindamensium adscriptis. Xenodochium vetus. Ante portam, Mons olim Glappenberg a Glappo Varmiensium capitaneo, postea Rolberg a Rollo Normannorum Duce hic aliquamdiu habitante appellatus, et hodie ita dictus. Suburbium Steindamum anterius et posterius vorder und hinter Steindamm. Templum D. Nicolai omnium vetustissimum Anno 1255 conditum, in quo hodie singulis diebus Dominicis tempore matutino concio Polonica una a Postore et tempore meridiano altera per vices in templo Palaeopolitano et Cneiphoviano a Diacono Polonico habetur. Templi Turris pyramidata et plumbo tecta cum turricula campanis liberis et horologio. Altare cum Iudicio extremo et 7 operibus charitatis ab Antonio Müllero Dantiscano artificiose depictis. Ad parietem sub piscatione Petri depicta:

Petrus wirfft sich ins wasser frey,
 Andreas war auch auff der Fischerey,
 Viel Fisch der Herr ihm gab hernach,
 Petrus und Andreas folgten dem Herren nach.

Anno 1603.

Ad suggestum sub effigie 4 Evangelistarum, D. Apostoli Pauli et D. Martini Lutheri.

Japeti de gente prior, majorque Luthero

Nemo fuit, sed nec credo futurus erit.

Ad Sedile Pastoris: O Herr Gott gib uns Predigern auch einen eiffer recht, das wir als deine getrewe knecht, hassen die lügner, so deine lehre verfelschen, und lestern deine ehr. Ad parietes Epitaphia Johannis Taubmanni primi Typographi Evangelici Regiomontani, Johannis Püls, Caspari Marquart et aliorum. Epitaphium Georgii Wallowii Kitthingensis Austriaci 12 Calend. Febr. Anno 1582 defuncti:

Wallovium Kitthinga parens dedit, Austria vidit,

Defuncti coelitum Prussia corpus habet

Sic tria complevit septennia, morbus

Corripuit, terris Parcaque surripuit.

Charus erat Themidi, Themidis quia sacra colebat.

Ingenio magnis charus erat Ducibus,

Charior at Christo, qui mundi e turbine raptam

Sanctam animam gremio nunc fovet ipse suo.

Epitaphium Ortiae Sleff: Anno 1547 am Tag der Heilig. Dreyfaltigkeit ist gestorben die Erbar und Tugendsame Margareta von Steinske des Erbaren Namhafften Greger Wolffs erste Hausfraw und hernach im 75 jahr den 8. Octob. ist die Tugendsame Ortia Sleff vorgemelten Greger Wolff andere ehliche Hausfraw in jammer und mühe auch nach vielen erlittenen von ihren Blutfreunden unrecht und Spot selig entschlaffen, und Gott die Rache befohlen, und liegen allhie begraben. Anno 72 den 11. Octob. ist Greger Wolff der Jünger auch entschlaffen. Greger Wolff Kannengiesser.

Epitaphium Thomae Schwartz ferber:

Quid valet hic mundus, quid gloria quidve Triumphus?

Post mortem funus, pulvis et umbra sumus.

In coemeterio Steindamensi, Feretra, Sepulchra, Saxa sepulchralia et inscriptiones. Habitationes Pastoris et Diaconi Polonici et apud Johannem Wronowium Diaconum Polonicum imago vetusta in tabula lignea cum corolla rosacea capiti imposita et his distichis:

Si Ducis Alberti licuit cognoscere vultum,

Haud ignota reor hic simulacra tibi,

At Ducis Alberti libeat cognoscere vultum

En hic ipse adest ingenio artificis Anno Dni MDXXIX.

Schola Polonica. Aedes aestivae et horti Steindamenses multi peramoeni, inter quos eminent Hortus Caspari Pantzer, Pharmacopoei Palaeopolitani, in quo fuerunt Anno 1644 Domus voluptaria cum iconibus et emblematis variis penicillo delineatis, Laboratorium Chymicum cum Balneo Mariae et fornacibus destillatoris, Fons, Piscina, Alvearia, Arbores variae, Ambulacra lata et alta, arboribus prunorum et cerasorum variorum contecta et concamerata aestate viridissima opacitatem et amoenitatem deambulantibus praebentia. Viridaria areolis, peristyllis, hemicyclis et topiariis distincta, Plantae et Herbae variae domesticae exoticae, absinthium Ponticum. acetosa Hispanica, alcea Veneta, amygdala, canna Indica florida, cedrus Phoenicia, cerefolium Hispanicum, Chamaemelon Romanum, Convolvulus Indicus flore caeruleo, crocus vernus, cupressus humilis, cyanus Constantinopolitanus, cyperos esculentus, Italicus sive radix Thrasi aut Dulcichini,

Daucus verus Creticus, dictamnus albus flore purpureo et albo, doronicum Romanum, elleborus niger Styriacus flore albo, esula Indica, ficus Indica minor, flos caryophyllorum magnitudine taleri, flos Tunetanus, genista Hispanica, hemerocallis chalcedonica flore luteo et albo, hesperis noctu olens, horminium Aethiopicum, hyacinthus orientalis flore albo et caeruleo, hyacinthus Hispanicus stellatus, iris Florentina, iris Persica, iris Susiana, laurus, mala Armeniaca, Cydonia, Granata, Persica, milium Indicum, myrrhis Hispanica, narcissus flore vario, nasturtium Indicum, olusatrum sive petroselinum Macedonicum, opuntia sive ficus Indica, origanum Creticum, phaseolus Heinianus, petroselinum Macedonicum verum, phalangium Peruvianum, ph. Ponticum, pilosella Syriaca, piper Indicum, pisum cordatum, palma Christi, rhapsoticum alpinum, rosmarinus coronarius, rubus Idaeus, non spinosus, Scabiosa Hispanica, Sferra cavallo Italica, thlaspi Creticum, tulipae variae, valeriana Graeca, viola purpurea.

Plateae Steindamenses, versus Steindamum cum foro equino et caupona Steindamensi, ad montem Rolberg, in monte Rolberg, auff der Trum, Textorum webergass, Strützelgass, Monken-gass, Todtengass, Rosarium Rosengass, Polonici Concionatoris, Walschegass, Bittelplatz, Carnificis Bittelgass cum caupona Piltzenkrug et habitatione carnificis trium Civitatum communis, Valli Wallgass cum habitatione capitanei. Vallum, Propugnacula $8\frac{1}{2}$ veteris Civitatis. Porta valli. Extra portam fossa. Cataracta. Mola ventosa. Habitatio molitoris. Patibulum. Pagi veteris Civitatis Huben, Newendorff, Steinbeck, Ottenhagen, Dalheim Buschdörff, Stablaucken.

Continuabitur.
